

IN DEI FILIO SIBI DILECTIS

PATRIBUS, FRATRIBUS, ET SORORIBUS

ORDINIS F.F. PRÆDICATORUM

FR. JOANNES THOMAS

DE BOXADORS

SACRÆ THEOLOGIÆ PROFESSOR,

EJUSDEMQUE ORDINIS UNIVERSI HUMILIS

MAGISTER GENERALIS, ET SERVUS

Salutem, & Mortis recordationem.



RISTI , acerboque de interitu ELISABETHÆ Reginæ , PHILIPPI V. uxoris , & CAROLI III. Hispaniarum , atque Indiarum Regis Pii , Felicis , Invicti Matris nuncio accepto , magno dolore perculsi sumus . Nam Populis Hispaniæ univeris , quorum tibi multis , maximi- que rebus , Regiaque in primis lenitate , splen- dore animi , munificentia , virtute denique venerationem , amorem , ac studia concilia- rat , iis , inquam , populis fuisse ut Regis , ita Patriæ Parentem erectam , lamentatio , ac gemitus demonstravit non modo Ordinum quorumque Regni , sed hominum etiam plane omnium . Accessit Instituto Prædicatorum , Nobisque potissimum ingens eo tam ad- verso casu inlata tristitiæ caussa , quibus illa quantum clementi benigni- tate , gratia , favore profuerit , difficile est enunciare . Auctus vero is Nobis fuit multo majorem in modum dolor , cum cogitaremus , quod quidem nobis jamdiu exploratum erat , CAROLUM , etsi excenso , forti , invicto animo Regem ; pientissima tamen , amorisque erga se plena , quam mirifice semper dilexerat , atque coluerat , Matre amissa , in mœrore , luctuque versari .

Sed doloris nostri nulla major consideratione dogmatum Christianorum reperiiri potest levatio . Etenim , si quorum vita benedictionum re- ferta fuit , eorum mortem , ut Christiana fert religio , speramus esse *in conspectu Domini pretiosam* , est sane , cur nostrum quemque non *contristari* quidem , sed consolari se , confidereque oporteat , non amisisse Reginam mortali corpore solutam , sed mutasse ; exque terreno , fluxoque , cœleste sibi , atque perpetuum stabilisse Regnum . Dum enim vixit , ad digni- tatis

Centauridius. Observe the
tear-shaped mandible. Dr. Yule
Sennar. 1756